

Zeitschrift: Divus Thomas

Band: 26 (1948)

Artikel: Die wissenschaftstheoretischen Quaest. V u. VI in Boethium de Trinitate des hl. Thomas von Aquin [Fortsetzung und Schluss]

Autor: Wyser, Paul

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-762285>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 19.08.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

Die wissenschaftstheoretischen Quaest. V u. VI in Boethium de Trinitate des hl. Thomas von Aquin

Von Paul WYSER O. P.

(*Fortsetzung und Schluß vom Jahrgang 25 [1947] 485*)

⟨QUAESTIO SEXTA.⟩

⟨De modis quos speculativae scientiae attribuit.⟩

Text des Autographs : Cod. Vat. lat. 9850.

Deinde quaeritur de modis, quos scientiis speculativis attribuit. Et
5 circa hoc quaeruntur quatuor :

Primo : Utrum oporteat versari in naturalibus rationabiliter, in mathematicis disciplinabiliter, in divinis intellectualiter.

Secundo : Utrum in divinis sit omnino imaginatio relinquenda.

Tertio : Utrum intellectus noster possit ipsam formam divinam inspicere.

Quarto : Utrum hoc possit fieri per viam alicuius scientiae speculativae.

⟨ARTICULUS 1.⟩

⟨Utrum oporteat versari in naturalibus rationabiliter, in mathematicis disciplinabiliter, in divinis intellectualiter.⟩

15 Ad primum sic proceditur : Videtur quod non oporteat in naturalibus rationabiliter versari.

⟨1.⟩ Philosophia enim rationalis contra naturalem dividitur. Sed rationabiliter procedere videtur proprie ad rationalem pertinere, ergo non competenter attribuitur naturali.

20 ⟨2.⟩ Praeterea, PHILOSOPHUS frequenter in libro *Physicorum*¹ distin-

¹ ARISTOTELES, *Physica* III, c. 5, 204 b 4, 10 : das « logische » Beweisverfahren (*λογικῶς*) steht hier dem « physischen » (*φυσικῶς*) gegenüber. Vgl. dazu THOMAS, *In III Phys.*, lect. 8 (ed. Leon. II, n. 1 u. 5) : Dicuntur autem primae rationes logicae, non quia ex terminis logicis logice procedant, sed quia modo logico procedunt, scil. ex communibus et probabilibus, quod est proprium syllogismi dialectici . . . procedendo naturaliter, i. e. ex principiis scientiae naturalis. Die Richtigkeit dieser Aristotelesinterpretation läßt sich leicht aus mehreren Parallelstellen

guit processus ad aliquas conclusiones rationales et physicas. Ergo non est proprium naturali scientiae rationabiliter procedere.

⟨3.⟩ Praeterea, illud quod est commune omnibus scientiis, non debet uni appropriari. Sed quaelibet scientia ratiocinando procedit, discurrendo vel ex effectibus in causas vel ex causis in effectus vel ex aliquibus signis, ergo non debet naturali appropriari. 5

⟨4.⟩ Praeterea, ratiocinativum in *VI Ethicorum*¹ contra scientificum distinguitur a philosopho. Sed philosophia naturalis ad scientificum pertinet. Ergo ⟨ei⟩ non convenienter attribuitur rationabiliter procedere.

Sed contra est quod dicitur in libro *de Spiritu et Anima*², quod ratio circa formas corporum versatur. Sed considerare corpora maxime pertinet ad naturalem, ergo convenienter attribuitur ei rationabiliter procedere. 10

Praeterea, in *V de Consolatione*³ BOETHIUS dicit : « Ratio cum quid universale respicit nec imaginatione nec sensu utens, imaginabilia tamen et sensibilia comprehendit. » Sed imaginabilia et sensibilia comprehendere ad solum naturalem pertinet. Ergo rationalis processus convenienter naturali attribuitur. 15

Ulterius videtur quod inconvenienter dicatur mathematicam disciplinabiliter procedere.

⟨1.⟩ Disciplina enim nihil aliud esse videtur quam acceptio scientiae. 20 Sed in qualibet parte philosophiae accipitur scientia, quia omnes demonstrative procedunt. Ergo procedere disciplinaliter est commune omnibus partibus philosophiae, et ita non debet appropriari mathematicae.

⟨2.⟩ Praeterea, quanto aliquid ⟨est⟩ certius, tanto facilius esse videtur ut de eo sit disciplina. Sed naturalia sunt certiora, ut videtur, quam mathe- 25

12 rationabiliter : naturaliter.

bei Aristoteles erhärten : *Physica* VIII, c. 8. 264 a 7-9 werden die einer Wissenschaft eigentümlichen Beweisgründe (*λόγοι οἰκεῖοι*) von den « logischen », d. h. bloß wahrscheinlichen unterschieden. Vgl. dazu THOMAS, *In VIII Phys.*, lect. 17 (ed. Leon. II, n. 11), lect. 18 (n. 1) und lect. 19 (n. 1). — *Analytica Post.* II, c. 8, 93 a 14 s. nennt den dialektischen Syllogismus *λογικὸς συλλογισμός*, im Gegensatz zur *ἀπόδειξις*. *De generatione animalium* II, c. 8, 747 b 28-30 ist die Rede von der *ἀπόδειξις λογική*, die so genannt wird, weil sie aus allgemeineren, von den eigentümlichen und besonderen entfernten Prinzipien argumentiert. Auch *Metaphysica* XII (A), c. 1, 1069 a 27 s. nennt das *λογικῶς ζητεῖν* die Forschungsmethode aus dem Allgemeinen, im Gegensatz zur Erkenntnismethode aus dem Einzelnen, Besonderen, also Eigentümlichen.

¹ ARISTOTELES, *Ethica Nicom.* VI, c. 1, 1139 a 12 : Text s. Div. Thom. 25 (1947) 457, Anm. 1.

² *Liber de Spiritu et Anima* (Alcher v. Clairvaux), c. 11 (PL 40, 787) : Ratio est ea vis animae, quae rerum corporearum naturas, formas, differentias, propria et accidentia percipit.

³ BOETHIUS, *De Consolatione Philosophiae* V, prosa 4 (CSEL 67, 118, 10-12) : Ratio quoque, cum quid universale respicit, nec imaginatione nec sensibus utens imaginabilia vel sensibilia comprehendit.

matica, quia capiuntur sensu, a quo omnis nostra cognitio ortum habet. Ergo hic modus magis competit naturali quam mathematico.

5 ⟨3.⟩ Praeterea, ut dicitur in *V Metaphysicorum*¹, initium in scientiis est a quo fit facilior disciplina. Sed initium addiscendi accipitur a logica, quam oportet praeaddiscere mathematicae et omnibus aliis. Ergo disciplinalis modus magis convenit logicae quam aliis.

10 ⟨4.⟩ Praeterea, modus naturalis scientiae et divinae assumitur a potentia animae, scilicet a ratione et intellectu. Ergo similiter et modus mathematicae ab aliqua animae potentia sumi deberet, et sic non convenienter ponitur eius modus disciplinabiliter versari.

15 Sed contra, disciplinaliter procedere est demonstrative procedere et per certitudinem. Sed sicut ⟨dicit⟩ PTOLEMAEUS in principio *Almagesti*², «solum mathematicum genus, si quis huic diligentiam exhibeat, inquisitionis firmam stabilemque fidem intendentibus notitiam dabit, velut demonstratione per indubitabiles vias facta». Ergo disciplinaliter procedere maxime proprium est mathematicae.

Praeterea, hoc patet per PHILOSOPHUM, qui in pluribus locis³ suorum librorum scientias mathematicas disciplinas vocat.

20 Ulterius videtur quod non sit conveniens modus divinae scientiae intellectualiter procedere.

⟨1.⟩ Intellectus enim secundum PHILOSOPHUM⁴ est principiorum, scientia autem conclusionum. Sed non omnia, quae in scientia divina traduntur, sunt principia, sed quaedam etiam conclusiones. Ergo intellectualiter procedere non est conveniens scientiae divinae.

25 ⟨2.⟩ Praeterea in illis quae omnem intellectum excedunt, intellectualiter versari non possumus. Sed divina excedunt omnem intellectum, ut DIONYSIUS dicit I cap. *de Divinis Nominibus*⁵ et PHILOSOPHUS in libro *de Causis*⁶, ergo intellectualiter tractari non possunt.

¹ ARISTOTELES, *Metaphysica* V (Δ), c. 1, 1013 a 2-5.

² CLAUDIO PTOLEMAEUS, *Syntaxis mathematica* I, c. 1 (ed. Heiberg, Lipsiae 1898, I, 6, 17-20) : μόνον δὲ τὸ μαθηματικόν (γένος), εἴ τις ἔξεταστικῶς αὐτῷ προσέρχοιτο, βεβαίαν καὶ ἀμετάπιστον τοῖς μεταχειριζομένοις τὴν εἰδησιν παράσχοι ὡς ἐν τῆς ἀποδείξεως δι’ ἀναμφισβητήτων ὅδῶν γιγνομένης.

³ ARISTOTELES, *Topica* VII, c. 3, 153 a 9-11 : οἱ τε περὶ γεωμετρίαν καὶ ἀριθμούς καὶ τὰς ἄλλας τὰς τοιαύτας μαθήσεις.

⁴ ARISTOTELES, *Analytica Post.* I, c. 2, 71 b 17-18 : ἀνάγκη καὶ τὴν ἀποδεικτικὴν ἐπιστήμην ἔξ... αἰτίων τοῦ συμπεράσματος (20-22). *Analytica Post.* II, c. 19, 100 b 10 s. : τῶν ἀρχῶν ἐπιστήμη μὲν οὐκ ἐν εἴη... 100 b 12 : νοῦς ἐν εἴη τῶν ἀρχῶν... *Ethica Nicom.* VII, c. 6, 1141 a 7 s. ; c. 12, 1143 a 36 : τῶν πρώτων ὅρων καὶ τῶν ἐσχάτων νοῦς ἐστί.

⁵ PS.-DIONYSIUS, *De Divinis Nominibus*, c. 1, § 5 (PG 3, 593 A) : κρείττων ἐστὶ παντὸς λόγου καὶ πάσης γνώσεως, καὶ ὑπὲρ νοῦν καθόλου καὶ οὐσίαν ἴδρυται. Vgl. auch § 3 (590 A) : τὸ μὲν ὑπὲρ νοῦν καὶ οὐσίαν τῆς θεαρχίας κρύψιον.

⁶ *Liber de Causis*, 6 (ed. R. Steele, Opera hactenus inedita Rogeri Baconi, XII, Oxonii 1935, 166) : Causa prima superior est omni narratione... Cum ergo res

⟨3.⟩ Praeterea DIONYSIUS dicit VII cap. *de Divinis Nominibus*¹ quod angeli habent intellectualem virtutem, in quantum divinam cognitionem non congregant a sensibilibus aut a rebus divisis. Sed hoc est supra animae potestatem, ut ibidem² subditur. Cum ergo divina scientia, de qua nunc agitur, sit scientia humanae animae, videtur quod non sit proprius modus eius intellectualiter tractare.

⟨4.⟩ Praeterea, theologia praecipue videtur esse de his, quae fidei sunt. Sed in his, quae fidei sunt, intelligere est finis. Unde dicitur *Isaias VII*³ secundum aliam litteram : « *Nisi credideritis, non intelligetis.* » Ergo intellectualiter versari circa divina non debet poni theologiae modus, sed finis.

Sed contra est quod dicitur in libro *de Spiritu et Anima*⁴, quod intellectus est spirituum creatorum, intelligentia vero ipsius Dei. De his autem praecipue est scientia divina. Ergo intellectualiter procedere videtur esse ipsius proprium.

Praeterea, modus scientiae debet respondere materiae. Sed res divinae sunt res intelligibiles per seipsas. Ergo modus conveniens divinae scientiae est intellectualiter procedere.

Responsio. — Dicendum ad primam quaestionem quod processus aliquis, quo proceditur in scientiis, dicitur rationabilis tripliciter :

est causa tantum et non est causatum, non scitur per causam primam neque narratur, quoniam est superior narratione neque consequitur eam loquela. Quod est quia narratio non fit nisi per loquela, et loquela per intelligentiam, et intelligentia per cogitationem, et cogitatio per meditationem, et meditatio per sensum. Causa autem prima est supra res omnes quoniam est causa eis : propter illud fit quod ipsa non cadit sub sensu et meditatione et cogitatione et intelligentia et loquela : non est ergo narrabilis ... Et causa prima est supra res intelligibiles sempiternas et supra res destructibiles, quapropter non cadunt super eam sensus neque meditatio neque cogitatio neque intelligentia.

¹ Ps.-DIONYSIUS, *De Divinis Nominibus*, c. 7, § 2 (PG 3, 868 B) : αἱ νοηταὶ καὶ νοεραὶ τῶν ἀγγελικῶν νοῶν δυνάμεις . . . οὐκ ἐν μεριστοῖς ἢ ἀπὸ μεριστῶν ἢ αἰσθήσεων ἢ λόγων διεξοδικῶν συνάγουσαι τὴν θείαν γνῶσιν.

² Ps.-DIONYSIUS, *De Divinis Nominibus*, c. 7, § 2 (PG 3, 868 BC) : καὶ ψυχαὶ τὸ λόγικον ἔχουσι . . . ἀπολειπόμεναι τῶν ἐνιαίων νόῶν.

³ *Isaias*, c. 7, 9 : nach der Lesart der Vetus Latina, die auf die Septuaginta zurückgeht : καὶ ἐὰν μὴ πιστεύσητε, οὐδὲ μὴ συνῆτε. Thomas dürfte diese « alia littera » aus AUGUSTINUS gekannt haben : *De doctrina christiana* II, c. 12 (PL 34, 43); *Enarratio in Ps. 118*, sermo 18 (PL 37, 1552); *Contra Faustum IV*, 2 (CSEL 25 I, 270, 5), XII, 46 (375, 2), XXII, 53 (647, 26); *De fide et symbolo*, 1 (CSEL 41, 4, 10); *De agone christiano*, 14 (CSEL 41, 118, 12). Vgl. auch HIERONYMUS, *Comment. in Is. III* (PL 24, 107 A) : vel certe, iuxta LXX, *non intelligetis*.

⁴ *Liber de Spiritu et Anima*, c. 11 (PL 40, 787) : Intellectus ea vis animae est, quae invisibilia percipit, sicut Angelos, daemones, animas, et omnem spiritum creatum. Intelligentia ea vis animae est, quae immediate supponitur Deo : cernit siquidem ipsum summum verum et vere incommutabilem. Sic igitur anima sensu percipit corpora, imaginatione corporum similitudines, ratione corporum naturas, intellectu spiritum creatum, intelligentia spiritum increatum.

Uno modo ex parte principiorum, ex quibus proceditur, ut cum aliquis procedit ad aliquid probandum ex operibus rationis, cuiusmodi sunt genus et species et oppositum et huiusmodi intentiones, quas logici considerant. Et sic dicetur aliquis processus esse rationabilis, quando aliquis utitur in aliqua scientia propositionibus, quae traduntur in logica, prout scilicet utimur logica, prout est docens in aliis scientiis. Sed hic modus procedendi non potest proprie competere alicui particulari scientiae, in quibus peccatum accidit, nisi ex propriis procedatur. Convenit autem hoc proprie et convenienter fieri in logica et metaphysica eo quod utraque scientia communis est et circa idem subiectum quodammodo.

Alio modo dicitur processus rationalis ex termino, in quo sistitur procedendo. Ultimus enim terminus, ad quem rationis inquisitio perducere debet, est intellectus principiorum, in quae resolvendo iudicamus; quod quidem quando fit, non dicitur processus vel probatio rationabilis, sed demonstratio. Quandoque autem inquisitio rationis non potest usque ad ultimum terminum perduci, sed sistitur in ipsa inquisitione, quando scilicet inquirenti adhuc manet via ad utrumlibet; et hoc contingit, quando per probabiles rationes proceditur, quae natae sunt facere opinionem vel fidem, non scientiam, et sic rationabilis processus dividitur contra demonstrativum. Et hoc modo rationabiliter procedi potest in qualibet scientia, ut ex probabilibus paretur via ad necessarias probationes. Et hic est alias modus, quo logica utimur in scientiis demonstrativis, non quidem ut est docens, sed ut est utens. Et his duobus modis denominatur processus rationalis a scientia rationali; his enim modis usitatur logica, quae rationalis scientia dicitur, in scientiis demonstrativis, ut dicit COMMENTATOR in *I Physicorum*¹.

Tertio modo dicitur aliquis processus rationalis a potentia rationali, in quantum scilicet in procedendo sequimur proprium modum animae rationalis in cognoscendo, et sic rationabilis processus est proprius scientiae naturalis. Scientia enim naturalis in suis processibus servat proprium modum rationalis animae quantum ad duo: Primo quantum ad hoc quod, sicut anima rationalis a sensibilibus, quae sunt nota magis quoad nos, accipit cognitionem intelligibilem, quae sunt magis nota secundum naturam, ita

5 traduntur: traditur.

¹ AVERROES, *In I Physicae*, com. 35 (Venetiis 1574, VI, fol. 23^r): Logica usitatur in scientiis duobus modis: aut secundum quod est instrumentum distinguens verum a falso, et hic est modus proprius; aut secundum quod illa, quae sunt declarata in ea, accipiuntur pro maximis in destruendo aut construendo aliquid. Et ista consideratio, cum usitatur in artibus particularibus, est non propria, in arte autem universalis, scilicet prima philosophia, est propria. — Vgl. auch *In VIII Phys.*, com. 70 (fol. 414^v): Rebus enim dialecticae utimur duobus modis, aut secundum instrumentum, et est magis proprium, aut quasi fundamentis positum eo modo, secundum quem aliqua ars utitur eis, quae declarata sunt in alia. — *In VII Metaphys.* com. 2 (X, fol. 153^v): Dialectica usitatur duobus modis: uno modo secundum quod est instrumentum, et sic usitatur in scientiis aliis; et alio modo, ut accipitur illud quod declaratum est in illa, in aliis scientiis.

scientia naturalis procedit ex his, quae sunt nota magis quoad nos et minus nota secundum naturam, ut patet in *I Physicorum*¹. Demonstratio, quae est per signum vel effectum, maxime usitatur in scientia naturali. Secundo quia, cum rationis sit de uno in aliud discurrere, hoc maxime in scientia naturali observatur, ubi ex cognitione unius rei in cognitionem alterius devenitur, sicut ex cognitione effectus in cognitionem causae. Et non solum proceditur ab uno in aliud secundum rationem, quod non est aliud secundum rem, sicut si ab animali procedatur ad hominem. In scientiis enim mathematicis proceditur per ea tantum, quae sunt de essentia rei, cum demonstrant solum per causam formalem; et ideo non demonstratur in eis aliquid de una re per aliam rem, sed per propriam definitionem illius rei. Etsi enim aliquae demonstrationes dentur de circulo ex triangulo vel e converso, hoc non est nisi in quantum in circulo est potentia triangulus et e converso. Sed in scientia naturali, in qua fit demonstratio per causas extrinsecas, probatur aliquid de una re per aliam omnino extrinsecam. Et ita modus rationis maxime in scientia naturali observatur, et propter hoc scientia naturalis inter alias est maxime hominis intellectui conformis. Attribuitur ergo rationabiliter procedere scientiae naturali, non quia ei soli conveniat, sed quia ei praecipue competit.

Ad primum ergo dicendum quod ratio illa procedit de processu, qui dicitur rationabilis secundum primum modum. Sic enim processus rationabilis est proprius rationali scientiae et divinae, non autem naturali.

Ad secundum dicendum quod ratio illa procedit de processu, qui dicitur rationabilis secundo modo.

Ad tertium dicendum quod in omnibus scientiis servatur quantum ad hoc modus rationis, quod proceditur de uno in aliud secundum rationem, non autem quod procedatur de una re in aliam, sed hoc est proprium naturalis scientiae, ut dictum est.

Ad quartum dicendum quod PHILOSOPHUS ibi² pro eodem ponit ratiocinativum et opinativum, unde patet quod pertinet ad secundum modum assignatum. Ratiocinativo autem vel opinativo attribuit Philosophus ibidem³ agibilia humana, de quibus est scientia moralis ratione suae contingentiae. Unde potest ex dictis colligi quod primus modus rationalitatis est maxime proprius scientiae rationali, secundus scientiae morali, tertius scientiae naturali.

Ad secundam quaestionem dicendum quod disciplinaliter procedere attribuitur scientiae mathematicae, non quia ipsa sola disciplinaliter procedat, sed quia hoc ei praecipue competit. Cum enim discere nihil sit aliud quam ab alio scientiam accipere, tunc dicimur disciplinabiliter procedere, quando processus noster ad certam cognitionem perducit, quae

¹ ARISTOTELES, *Physica* I, c. 1, 184 a 19-21.

² ARISTOTELES, *Ethica Nicom.* VI, c. 1, 1139 a 12.

³ ARISTOTELES, *Ethica Nicom.* VI, c. 1, 1139 a 12-14: τὸ γὰρ βουλεύεσθαι καὶ λογίζεσθαι ταῦτον, οὐθεὶς δὲ βουλεύεται περὶ τῶν μὴ ἐνδεχομένων ἄλλως ἔχειν.

scientia dicitur. Quod quidem maxime contingit in mathematicis scientiis. Cum enim mathematica sit media inter naturalem et divinam, ipsa est utraque certior; naturali quidem propter hoc, quod eius consideratio est a motu et materia absoluta, cum naturalis consideratio in materia et motu versetur. Ex hoc autem quod consideratio naturalis est circa materiam, eius cognitio a pluribus dependet, scilicet a consideratione materiae ipsius et formae et dispositionum materialium et proprietatum, quae consequuntur formam in materia. Ubi cumque autem ad aliquid cognoscendum oportet plura considerare, est difficilior cognitio. Unde in *I Posteriorum*¹ dicitur quod minus certa scientia est, quae est ex additione, ut geometria arithmetică. Ex hoc vero quod eius consideratio est circa res mobiles et quae non uniformiter se habent, eius cognitio est minus firma, quia eius demonstrationes frequenter procedunt ut in maiori parte ex hoc, quod contingit aliquando aliter se habere. Et ideo etiam quanto aliqua scientia magis appropinquat ad singularia, sicut scientiae operativae, ut medicina, alchimia et moralis, minus possunt habere de certitudine propter multitudinem eorum, quae consideranda sunt in talibus scientiis, quorum quodlibet si omittatur, sequetur error, et propter eorum variabilitatem.

Est etiam processus mathematicae certior quam processus scientiae divinae, quia ea de quibus est scientia divina, sunt magis a sensibilibus remota, a quibus nostra cognitio initium sumit, et quantum ad substantias separatas, in quarum cognitionem insufficienter inducunt ea, quae a sensibilibus accipimus, et quantum ad ea quae sunt communia omnibus entibus, quae sunt maxime universalia et sic maxime remota a particularibus cadentibus sub sensu. Mathematica autem ipsa in sensu cadunt et imaginationi subiacent, ut figura, linea et numerus et huiusmodi. Et ideo intellectus humanus a phantasmatisbus accipiens facilis capit horum cognitionem et certius quam intelligentiae alicuius vel etiam quam quidditatem substantiae et actum et potentiam et alia huiusmodi. Et sic patet quod mathematica consideratio est facilior et certior quam naturalis et theologica, et multo plus quam scientiae aliae operativae, et ideo ipsa maxime dicitur disciplinaliter procedere. Et hoc est quod PTOLEMAEUS dicit in principio *Almagesti*:² « Alia duo genera theorici potius opinionem quam concep-

¹ ARISTOTELES, *Analytica Post.* I, c. 27, 87a 31, 34-35: 'Αχριβεστέρα δ' ἐπιστήμη ἐπιστήμης καὶ προτέρα ... ή ἐξ ἐλαττόνων τῆς ἐκ προσθέσεως, οἷον γεωμετρίας αριθμητική. — Vgl. THOMAS, *In I Anal. Post.*, lect. 41 (ed. Leon. II, n. 4): scientia quae est ex paucioribus, est prior et certior ea quae est ex appositione, id est quam illa quae se habet ex additione. Et ponit exemplum. Sicut geometria est posterior et minus certa quam arithmeticā: habent enim se ea de quibus est geometria, ex additione ad ea de quibus est arithmeticā.

² CLAUDIOUS PTOLEMAEUS, *Syntaxis mathematica*, I, c. 1 (ed. Heiberg, Lipsiae 1898, I, 6, 11-20): τὰ μὲν ἄλλα δύο γένη τοῦ θεωρητικοῦ μᾶλλον ἀντικασίαν ἡ κατάληψιν ἐπιστημονικὴν εἴποι, τὸ μὲν θεολογικὸν διὰ τὸ παντελῶς ἀφανὲς αὐτοῦ καὶ ἀνεπίληπτον, τὸ δὲ φυσικὸν διὰ τὸ τῆς ὕλης ἀστατον καὶ ἀδηλον, ὡς διὰ τοῦτο μηδέποτε ἀν ἐλπίσαι περὶ αὐτῶν ὅμονοησαὶ τοὺς φιλοσοφοῦντας, μόνον δὲ τὸ μαθηματικόν, εἰ τις ἐξεταστικῶς αὐτῷ

tionem scientiarum dicat: theologicum quidem propter inapparens ipsius et incomprehensibile, physicum vero propter materiae instabile et immanifestum. Solum autem mathematicum inquisitionis firmam stabilemque fidem intendentibus dabit, velut utique demonstrationes per indubitabiles vias factas. »

5

Ad primum ergo dicendum quod, quamvis in qualibet scientia disciplina accipiatur, tamen in mathematica facilius et certius, ut dictum est.

Ad secundum dicendum quod naturalia, quamvis sensui subiaceant, et tamen propter sui fluxibilitatem non habent magnam certitudinem, cum extra sensum fiunt, sicut habent mathematica, quae sunt absque motu, tamen sunt in materia sensibili secundum esse, et sic sub sensu et imaginatione cadere possunt.

10

Ad tertium dicendum quod in addiscendo incipimus ab eo quod est magis facile, nisi necessitas aliud requirat. Quandoque enim necessarium est in addiscendo incipere non ab eo, quod est facilis, sed ab eo, a cuius cognitione sequentium cognitio dependet. Et hac ratione oportet in addiscendo a logica incipere, non quia ipsa sit facilior ceteris scientiis, habet enim maximam difficultatem, cum sit de secundo intellectis, sed quia aliae scientiae ab ipsa dependent, in quantum ipsa docet modum procedendi in omnibus scientiis. Oportet autem primo scire modum scientiae quam scientiam, ut dicitur in *II Metaphysicorum*¹.

15

Ad quartum dicendum quod a potentiis animae sumitur modus scientiarum propter modum, quem habent potentiae animae in agendo. Unde modi scientiarum non respondent potentias animae, sed modis, quibus potentiae animae procedere possunt, qui non solum diversificant penes potentias tantum, sed etiam penes obiecta, et sic non oportet quod modus cuiuslibet scientiae denominetur ab aliqua potentia animae. Potest tamen dici quod, sicut modus physicae sumitur a ratione, secundum quod a sensu accipit, modus autem divinae scientiae ab intellectu, secundum quod in Deo aliquid considerat, ita etiam et modus mathematicae potest sumi a ratione, secundum quod accipit ab imaginatione.

25

Ad tertiam quaestionem dicendum quod, sicut rationabiliter procedere attribuitur naturali philosophiae eo quod in ipsa maxime observatur modus rationis, ita intellectualiter procedere attribuitur divinae scientiae eo quod in ipsa maxime observatur modus intellectus. Differt autem ratio ab intellectu sicut multitudo ab unitate. Unde dicit BOETHIUS in *IV de Consolatione*² quod similiter se habent ratio ad intellectum et tempus ad

30

15 incipere: accipere.

προσέρχοιτο, βεβαίαν καὶ ἀμετάπιστον τοῖς μεταχειρίζομένοις τὴν εἰδησιν παράσχοι ὡς ἐν τῇς ἀποδείξεως δι’ ἀναμφισβήτητων ὅδῶν γιγνομένης ...

¹ ARISTOTELES, *Metaphysica* II (α), c. 8, 995 a 12-14.

² BOETHIUS, *De Consolatione Philosophiae* IV, prosa 6 (CSEL 67, 98, 4-7): Igitur uti est ad intellectum ratiocinatio, ad id quod est id quod gignitur, ad aeternitatem tempus, ad punctum medium circulus, ita est fati series mobilis ad providentiae stabilem simplicitatem.

aeternitatem et circulus ad centrum. Est enim rationis proprium circa multa diffundi et ex eis unam simplicem cognitionem colligere. Unde DIONYSIUS dicit VII cap. *de Divinis Nominibus*¹, quod « animae secundum hoc habent rationalitatem, quod diffusive circueunt existentium veritatem et in hoc deficiunt ab angelis ; sed inquantum convolvunt multa ad unum, quodam modo angelis aequantur ». Intellectus autem e converso per prius unam et simplicem veritatem considerat et in illa totius multitudinis cognitionem capit, sicut Deus, intelligendo suam essentiam, omnia cognoscit. Unde DIONYSIUS ibidem² dicit quod « angelicae mentes habent intellectualitatem, in quantum uniformiter intelligibilia divinorum intelligunt ».

Sic ergo patet quod rationalis consideratio ad intellectualis terminatur secundum viam resolutionis, in quantum ratio ex multis colligit unam et simplicem veritatem. Et rursum, intellectualis consideratio est principium rationalis secundum viam compositionis vel inventionis, in quantum intellectus in uno multitudinem comprehendit. Illa ergo consideratio, quae est terminus totius humanae ratiocinationis, maxime est intellectualis consideratio. Tota autem consideratio rationis resolventis in omnibus scientiis ad considerationem divinae scientiae terminatur. Ratio enim, ut prius dictum est, procedit quandoque de uno in aliud secundum rem, ut quando est demonstratio per causas vel effectus extrinsecos, componendo quidem cum proceditur a causis ad effectus [quasi resolvendo cum proceditur ab effectibus ad causas], eo quod causae sunt effectibus simpliciores et magis immobiliter et uniformiter permanentes, resolvendo autem quando e converso. Ultimus ergo terminus resolutionis in hac via est, cum pervenitur ad causas supremas maxime simplices, quae sunt substantiae separatae. Quandoque vero procedit de uno in aliud secundum rationem, ut quando est processus secundum causas intrinsecas, componendo quidem, quando a formis maxime universalibus in magis particularia proceditur ; resolvendo autem quando e converso, eo quod universalius est simplicius. Maxime autem universalia sunt, quae sunt communia omnibus entibus, et ideo terminus resolutionis in hac via ultimus est consideratio entis et eorum quae sunt entis in quantum huiusmodi. Haec autem sunt, de quibus scientia divina considerat, ut supra dictum est, scilicet substantiae separatae et communia omnibus entibus. Unde patet quod sua consideratio est maxime intellectualis. Et exinde

8 capit : capiunt.

22-23 [quasi ... causas] : vgl. Bulletin thomiste V (14^e année : 1937) 56-58.

¹ Ps.-DIONYSIUS, *De Divinis Nominibus*, c. 7, § 2 (PG 3, 868 BC) : καὶ ψυχαὶ τὸ λογικὸν ἔχουσι διεξόδικῶς μὲν καὶ κύκλῳ περὶ τὴν τῶν ὄντων ἀλήθειαν περιπορεύμεναι, καὶ τῷ μεριστῷ καὶ τῷ παντοδαπῷ τῆς ποικιλίας ἀπολειπόμεναι τῶν ἐνιαίων νοῶν, τῇ δὲ τῶν πολλῶν εἰς τὸ ἐν συνελίξει, καὶ τῶν ισαγγέλων νοήσεων, ἐφ' ὅσον ψυχαῖς οἰκεῖον καὶ ἐφικτὸν, ἀξιούμεναι.

² Ps.-DIONYSIUS, *De Divinis Nominibus*, c. 7, § 2 (PG 3, 868 B) : αἱ νοηταὶ καὶ νοεραὶ τῶν ἀγγελικῶν νοῶν δυνάμεις τὰς ἀπλὰς καὶ μακαρίας ἔχουσι νοήσεις, ... νοερῶς, ἀνέλως, ἐνοειδῶς τὰ νοητὰ τῶν θείων νοοῦσι.

etiam est quod ipsa largitur principia omnibus aliis scientiis, in quantum intellectualis consideratio est principium rationalis, propter quod dicitur prima philosophia. Et nihilominus ipsa addiscitur post physicam et ceteras scientias, in quantum consideratio intellectualis est terminus rationalis, propter quod dicitur metaphysica, quasi trans physicam, quia post physicam resolvendo occurrit.

Ad primum ergo dicendum quod intellectualiter procedere non attribuitur scientiae divinae, quasi ipsa non ratiocinetur procedendo de principiis ad conclusiones, sed quia eius ratiocinatio est intellectuali considerationi propinquissima, et conclusiones eius principiis.

Ad secundum dicendum quod Deus est supra omnem intellectum creatum quantum ad comprehensionem, non autem supra intellectum in-creatuum, cum ipse seipsum intelligendo comprehendat. Est vero super omnem intellectum viatoris quantum ad cognitionem qua cognoscitur quid est, non autem quantum ad cognitionem qua cognoscitur an est. A beatis autem cognoscitur etiam quid est, quia vident eius essentiam. Et tamen scientia divina non est solum de Deo, sed et*iam* de aliis, quae intellectum humanum etiam secundum statum viae non excedunt quantum ad quid est cognoscendum de eis.

Ad tertium dicendum quod, sicut supra dictum est, humana consideratio quantum ad sui terminum quodammodo pertingit ad angelicam cognitionem non secundum aequalitatem, sed secundum quamdam assimilationem. Unde DIONYSIUS dicit VII cap. *de Divinis Nominibus*¹, quod « animae multorum convolutione ad unum sunt dignae habitae intellectibus aequalibus angelis, in quantum animabus est proprium et possibile ».

Ad quartum dicendum quod cognitio etiam fidei maxime pertinet ad intellectum. Non enim ea rationis investigatione accipimus, sed simplici acceptance intellectus tenemus. Dicimur autem ea non intelligere, in quantum intellectus eorum plenariam cognitionem non habet; quod quidem nobis in praemium repromittitur.

⟨ARTICULUS 2.⟩

⟨Utrum in divinis sit omnino imaginatio relinquenda.⟩

Ad secundum sic proceditur: Videtur quod in divinis oporteat ad imaginationes deduci.

⟨1.⟩ Scientia enim divina nunquam competentius traditur quam in sacra Scriptura. Sed in sacra Scriptura in divinis deducimur ad imaginationes, dum divina nobis sub figuris sensibilibus describuntur. Ergo oportet in divinis ad imaginationes deduci.

⟨2.⟩ Praeterea, divina non capiuntur nisi intellectu. Unde et in eis intellectualiter versari oportet, ut dictum est. Sed non est intelligere sine

¹ Ps.-DIONYSIUS, *De Divinis Nominibus*, c. 7, § 2 (PG 3, 868 BC): Text S. 82, Anm. 1.

phantasmate, ut dicit PHILOSOPHUS in I et III *de Anima*¹. Ergo in divinis oportet ad imaginationes deduci.

5 <3.> Praeterea, divina nobis innotescunt maxime per illustrationem divini radii. Sed sicut dicit DIONYSIUS in I cap. *Caelestis Hierarchiae*²: « Impossibile est nobis aliter superlucere divinum radium nisi varietate sacrorum velaminum circumvelatum » et vocat sacra velamina « sensibilium imagines »³. Ergo in divinis oportet ad imaginationes deduci.

10 <4.> Praeterea, circa sensibilia oportet imaginabiliter versari. Sed divinorum cognitionem ex sensibilibus effectibus cognoscimus, secundum illud *Roman. I*⁴: « Invisibilia Dei per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur. » Ergo in divinis oportet ad imaginationes deduci.

15 <5.> Praeterea, in cognoscitivis maxime regulamur per id quod est cognitionis principium, sicut in naturalibus per sensum, a quo nostra cognitione incipit. Sed principium intellectualis cognitionis in nobis est imaginatio, cum phantasmata hoc modo comparentur ad intellectum nostrum sicut colores ad visum, ut dicitur in *III de Anima*⁵. Ergo in divinis oportet ad imaginationem deduci.

20 <6.> Praeterea cum intellectus non utatur organo corporali, ex laesione organi corporalis non impeditur actio intellectus nisi quatenus ad imaginationem convertitur. Sed per laesionem organi corporalis, scilicet cerebri, impeditur intellectus in consideratione divinorum. Ergo intellectus divina considerans ad imaginationem deducitur.

25 Sed contra est quod DIONYSIOS dicit I cap. *Mysticae Theologiae*⁶ ad Timotheum loquens: « Tu, inquit, o amice Timothee, circa mysticas visiones sensus derelinque. » Sed imaginatio non est nisi sensibilium, cum sit motus factus a sensu secundum actum, ut dicitur in *II de Anima*⁷. Ergo cum divinorum considerationes sint maxime mysticae, in eis non debemus ad imaginationes deduci.

30 Praeterea, in cuiuslibet scientiae consideratione vitandum est illud quod in ea errorem facit. Sed sicut dicit AUGUSTINUS in I libro *de Trinitate*⁸,

¹ ARISTOTELES, *De Anima* I, c. 1, 403 a 8 s.; III, c. 7, 431 a 16 s.

² Ps.-DIONYSIUS, *De Caelesti Hierarchia*, c. 1, § 2 (PG 3, 121 B): Καὶ γὰρ οὐδὲ δυνατὸν ἐτέρως ἡμῖν ἐπιλάμψαι τὴν θεαρχικὴν ἀκτῖνα, μὴ τῇ ποικιλίᾳ τῶν ἱερῶν παραπετασμάτων ἀναγωγικῶς περικεκαλυμμένην.

³ Ps.-DIONYSIUS, *De Caelesti Hierarchia*, c. 1, § 3 (PG 3, 124 A): ταῖς αἰσθηταῖς εἰκόσι.

⁴ ad *Romanos*, c. 1, 20.

⁵ ARISTOTELES, *De Anima* III, c. 7, 431 a 14 s.: τῇ δὲ διανοητικῇ ψυχῇ τὰ φαντάσματα οἶον αἰσθήματα ὑπάρχει. — Vgl. THOMAS, *In III De Anima*, lect. 12 (ed. Pirotta, nn. 770, 772).

⁶ Ps.-DIONYSIUS, *De Mystica Theologia*, c. 1, § 1 (PG 3, 997 B): σὺ δὲ, ὁ φίλε Τιμόθεε, τῇ περὶ τὰ μυστικὰ θεάματα συντόνῳ διατριβῇ καὶ τὰς αἰσθήσεις ἀπόλειπε.

⁷ ARISTOTELES, *De Anima* III, c. 4, 429 a 1 s.

⁸ AUGUSTINUS, *De Trinitate* I, c. 1 (PL 42, 819): nonnulli ea quae de corporalibus rebus, sive per sensus corporeos experta noverunt, sive quae natura

primus error circa divina est eorum, qui ea, quae de corporalibus rebus neverunt, ad res divinas transferre conantur. Cum ergo imaginatio non sit nisi corporalium rerum, videtur quod in divinis non debeamus ad imaginationes deduci.

Praeterea, virtus inferior non se extendit ad id quod est superioris proprium, ut patet per BOETHIUM in *V de Consolatione*¹. Sed cognoscere divina et spiritualia pertinet ad intellectum et intelligentiam, ut dicitur in libro *de Spiritu et Anima*². Cum ergo, ut ibidem³ dicitur, imaginatio sit infra intelligentiam et intellectum, videtur quod in divinis et spirituibus non debeamus ad imaginationem deduci.

5

10

Responsio. — Dicendum quod in qualibet cognitione duo est considerare, scilicet principium et terminum. Principium quidem ad apprehensionem pertinet, terminus autem ad iudicium; ibi enim cognitio perficitur. Principium igitur cuiuslibet nostrae cognitionis est in sensu, quia ex apprehensione sensus oritur apprehensio phantasiae, quae est motus a sensu factus, ut dicit PHILOSOPHUS⁴, a qua iterum oritur apprehensio intellectiva in nobis, cum phantasmata sint intellectivae animae ut obiecta, ut patet in *III de Anima*⁵.

15

Sed terminus cognitionis non semper est uniformiter. Quandoque enim est in sensu, quandoque in imaginatione, quandoque autem in solo intellectu. Quandoque enim proprietates et accidentia rei, quae sensu demonstrantur, sufficienter exprimunt naturam rei, et tunc oportet quod iudicium de rei natura, quod facit intellectus, conformetur his quae sensus de re demonstrat. Et huiusmodi sunt omnes res naturales, quae sunt determinatae ad materiam sensibilem. Et ideo in scientia naturali terminari debet cognitio ad sensum, ut scilicet hoc modo iudicemus de rebus naturalibus, secundum quod sensus eas demonstrat, ut patet in *III Caeli et Mundi*⁶, et qui sensum negligit in naturalibus, incidit in errorem. Et haec sunt naturalia, quae sunt concreta cum materia sensibili et motu, et secundum esse et secundum considerationem.

25

30

Quaedam vero sunt, quorum iudicium non dependet ex his, quae sensu percipiuntur, quia quamvis secundum esse sint in materia sensibili,

humani ingenii et diligentiae vivacitate vel artis adiutorio percepunt, ad res incorporeas et spirituales transferre conantur, ut ex his illas metiri atque opinari velint.

¹ BOETHIUS, *De Consolatione Philosophiae* V, prosa 4 (CSEL 67, 117, 29-118, 1): superior comprehendendi vis amplectitur inferiorem, inferior vero ad superiorem nullo modo consurgit.

² *Liber de Spiritu et Anima*, c. 11 (PL 40, 787) : Text S. 77, Anm. 4.

³ *Liber de Spiritu et Anima*, c. 11 (PL 40, 786) : Cum ab inferioribus ad superiora volumus ascendere, prius occurrit nobis sensus, deinde imaginatio, postea ratio, intellectus et intelligentia, et in summo est sapientia.

⁴ ARISTOTELES, *De Anima* III, c. 4, 429 a 1 s.

⁵ ARISTOTELES, *De Anima* III, c. 7, 431 a 14 s. : Text S. 84, Anm. 5.

⁶ ARISTOTELES, *De Caelo et Mundo* III, c. 7, 306 a 16 s. : τέλος... τῆς δὲ φυσικῆς τὸ φαινόμενον ἀεὶ κυρίως κατὰ τὴν αἰσθησιν.

tamen secundum rationem definitivam sunt a materia sensibili abstracta. Iudicium autem de unaquaque re potissime fit secundum eius definitivam rationem. Sed quia secundum rationem definitivam non abstrahunt a qualibet materia, sed solum a sensibili, et remotis sensibilibus conditionibus 5 remanet aliquid imaginabile, ideo in talibus oportet quod iudicium sumatur secundum id <quod> imaginatio demonstrat. Huiusmodi autem sunt mathematica, et ideo in mathematicis oportet cognitionem secundum iudicium terminari ad imaginationem, non ad sensum, quia iudicium mathematicum superat apprehensionem sensus. Unde non est idem iudicium quandoque 10 de linea mathematica, quod est de linea sensibili, sicut in hoc quod recta linea tangit sphäram solum secundum punctum, quod convenit rectae lineae separatae, non autem rectae lineae in materia, ut dicitur in *I de Anima*¹.

Quaedam vero sunt, quae excedunt et id quod cadit sub sensu et id 15 quod cadit sub imaginatione, sicut illa quae omnino a materia non dependent neque secundum esse neque secundum considerationem, et ideo talium cognitio secundum iudicium neque debet terminari ad imaginationem neque ad sensum. Sed tamen ex his, quae sensu vel imaginatione apprehenduntur, in horum cognitionem devenimus vel per viam causalitatis, sicut ex effectu 20 causa perpenditur, quae non est effectui commensurata, sed excellens; vel per excessum vel per remotionem, quando omnia quae sensus vel imaginatio apprehendit, a rebus huiusmodi separamus. Quos modos cognoscendi divina ex sensibilibus ponit DIONYSIUS in libro *de Divinis Nominibus*². Ut ergo possumus in divinis et sensu et imaginatione sicut principiis nostrae 25 considerationis, sed non sicut terminis, ut scilicet iudicemus talia esse divina, qualia sunt quae sensus vel imaginatio apprehendit. Deduci autem ad aliquid est ad illud terminari. Et ideo in divinis neque ad imaginationem neque ad sensum debemus deduci, in mathematicis autem ad imaginationem et non ad sensum, in naturalibus autem etiam ad sensum. Et propter hoc 30 peccant qui uniformiter in his tribus speculativae partibus procedere nituntur.

Ad primum ergo dicendum quod Sacra Scriptura non proponit nobis divina sub figuris sensibilibus, ut ibi intellectus noster remaneat, sed ut ab his ad invisibilia ascendat. Unde etiam per vilium rerum figuram divina tradit, ut minor praebatur occasio in talibus remanendi, ut dicit DIONYSIUS in II cap. *Caelestis Hierarchiae*³.

¹ ARISTOTELES, *De Anima* I, c. 1, 403 a 13-16.

² Ps.-DIONYSIUS, *De Divinis Nominibus*, c. 7, § 3 (PG 3, 869 D - 872 A): Θεὸν γινώσκομεν ... ἐκ τῆς πάντων τῶν ὄντων διατάξεως, ὡς ἐξ αὐτοῦ προβεβλημένης, καὶ εἰκόνας τινὰς καὶ ὁμοιώματα τῶν θείων αὐτοῦ παραδειγμάτων ἔχουσσης, εἰς τὸ ἐπέκεινα πάντων ὅδῳ καὶ τάξει κατὰ δύναμιν ἀνειμεν ἐν τῇ πάντων ἀφαιρέσει καὶ ὑπεροχῇ καὶ ἐν τῇ πάντων αἵτιᾳ.

³ Ps.-DIONYSIUS, *De Caelesti Hierarchia*, c. 2, § 2 (PG 3, 140 A): 'Αλλ' ἡ τῆς ἀληθείας, ὡς οἷματι, ζήτησις ἀποδείκνυσι, τὴν τῶν λογίων ιερωτάτην σοφίαν ἐν ταῖς τῶν οὐρανίων νόσων μορφώσεσιν ... προνοήσασαν, ὡς ... μήτε μὴν ἡμᾶς εἰς τὰς χαμαιζήλους ἐμπαθῶς ἐμπαγῆναι τῶν εἰκόνων ταπεινότητας.

Ad secundum dicendum quod intellectus nostri operatio non est in praesenti statu sine phantasmate quantum ad principium cognitionis. Non tamen oportet quod nostra cognitio semper ad phantasmata terminetur, ut scilicet illud quod intelligimus, iudicemus esse tale, quale est illud quod phantasia apprehendit.

Ad tertium dicendum quod auctoritas illa DIONYSII loquitur quantum ad principium cognitionis et non quantum ad terminum ad quem ex effectibus sensibilibus venimus in cognitionem divinorum tribus modis predictis, non autem ita quod oporteat iudicium formari de divinis secundum modum, quo se habent isti sensibiles effectus.

Ad quartum dicendum quod ratio illa procedit, quando principium cognitionis est sufficienter ducens in id, cuius cognitio quaeritur, et sic est principium sensus in naturalibus, non autem in divinis, ut dictum est.

Ad quintum dicendum quod phantasma est principium nostrae cognitionis, ut ex quo incipit intellectus operatio, non sicut transiens, sed sicut permanens, ut quoddam fundamentum intellectualis operationis, sicut principia demonstrationis oportet manere in omni processu scientiae, cum phantasmata comparentur ad intellectum ut obiecta, in quibus inspicit omne quod inspicit vel secundum perfectam repraesentationem vel per negationem. Et ideo quando phantasmatum cognitione impeditur, oportet tota liter impediri cognitionem intellectus etiam in divinis. Patet enim quod non possumus intelligere Deum esse causam corporum sive supra omnia corpora sive absque corporeitate, nisi imaginem corpora, non tamen iudicium divinorum secundum imaginationem formatur. Et ideo quamvis imaginatio in qualibet divinorum consideratione sit necessaria secundum statum viae, nunquam tamen ad eam deduci oportet in divinis¹.

⟨ARTICULUS 3.⟩

⟨Utrum intellectus noster possit ipsam formam divinam
inspicere.⟩

Ad tertium sic proceditur: Videtur quod non possumus ipsam formam divinam ad minus in statu viae inspicere.

⟨1.⟩ Ut enim dicit DIONYSIUS in *I Epistola ad Gaium* monachum²: « Si quis videntium Deum intellexit, quod vidit, non ipsum vidit, sed aliquid

⁷ quem: quod.

— c. 2, § 3 (141 B): ἡ τῶν ὄσιων θεολόγων ἀναστατικὴ σοφία καὶ πρὸς τὰς ἀπεμφαινούσας ἀνομοιότητας ἱερῶς κατάγεται, μὴ συγχωροῦσα τὸ πρόσυλον ἥμῶν εἰς τὰς αἰσχρὰς εἰκόνας ἀπτόμενον ἐπαναπαύεσθαι.

¹ Die Beantwortung der 6. Objektion ist im «ad quintum» enthalten; vgl. Zeile 20 f.

² Ps.-DIONYSIUS, *Epistula I* (PG 3, 1065 A): Καὶ εἴ τις ἴδων θεὸν συνῆκεν ὃ εἶδεν, οὐκ αὐτὸν ἔωρακεν, ἀλλὰ τι τῶν αὐτοῦ τῶν ὄντων καὶ γινωσκομένων.

eorum, quae sunt eius. » Sed forma divina est ipse Deus. Ergo non possumus ipsam formam divinam inspicere.

5 ⟨2.⟩ Praeterea, forma divina est ipsa divina essentia. Sed Deum per essentiam nemo in statu viae videre potest, ergo nec ipsam divinam formam inspicere.

⟨3.⟩ Praeterea, quicumque inspicit formam alicuius rei, aliquid de ipsa re cognoscit. Sed secundum DIONYSIUM in I cap. *Mysticae Theologiae*¹ intellectus noster secundum quod melius potest Deo unitur, quando omnino nihil eius cognoscit. Ergo non possumus divinam formam inspicere.

10 ⟨4.⟩ Praeterea, sicut dictum est, totius nostrae cognitionis principium est a sensu. Sed ea quae sensu percipimus, non sunt sufficientia ad demonstrandum formam divinam nec etiam aliarum ⟨substantiarum⟩ separatarum. Ergo non possumus ipsam divinam formam inspicere.

15 ⟨5.⟩ Praeterea, secundum PHILOSOPHUM in II *Metaphysicae*² intellectus noster se habet ad rerum manifestissima sicut oculus noctuae ad solem. Sed oculus noctuae nullo modo ⟨potest⟩ videre solem, ergo nec intellectus noster formam ipsam divinam et alias formas separatas, quae sunt naturae manifestissimae.

20 Sed contra est quod APOSTOLOS dicit *Roman. I*³, quod « invisibilia Dei per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur a creatura mundi », id est homine, « sempiterna quoque virtus eius et divinitas ». Nihil autem aliud est forma divina quam ipsa divinitas. Ergo ipsam formam divinam cognoscere intellectu aliquo modo possumus.

25 Praeterea, *Genes. XXXII*⁴ super illud : « Vidi Dominum facie » etc., dicit glossa GREGORII⁵ : « Nisi homo illam, scilicet veritatem divinam, utcumque conspiceret, non eam conspicere se non posse sentiret. » Sed nos sentimus divinam essentiam non posse perfecte conspicere. Ergo aliquo modo ipsam conspicimus.

30 Praeterea, DIONYSIUS dicit II c. *Caelestis Hierarchiae*⁶ quod humanus animus assuescit extendi per visibilia in supermundanas altitudines, quae nihil aliud sunt quam ipsae formae separatae. Ergo formas separatas possumus aliquo modo cognoscere.

¹ Ps.-DIONYSIUS, *De Mystica Theologia*, c. 1, § 3 (PG 3, 1001 A) : τῷ παντελῶς δὲ ἀγνώστῳ τῆς πάσης γνώσεως ἀνενεργησίᾳ κατὰ τὸ χρεῖττον ἐνούμενος, καὶ τῷ μηδὲν γινώσκειν ὑπὲρ νοῦν γινώσκων.

² ARISTOTELES, *Metaphysica* II (α), c. 1, 993 b 9-11.

³ ad *Romanos*, c. 1, 20.

⁴ Genesis, c. 32, 30.

⁵ PATERIUS, *Liber de Expositione V. ac N. Testamenti de diversis libris S. Gregorii Magni concinnatus*, pars I, lb. I, c. 48 (PL 79, 717 C) : Zitat aus GREGORIUS M., *Moralia*, XXIV, c. 6 (PL 76, 292 C) : Cui veritati tanto magis se longe existimat, quanto magis appropinquat, quia nisi illam utcunque conspiceret, nequaquam eam conspicere se non posse sentiret.

⁶ Ps.-DIONYSIUS, *De Caelesti Hierarchia*, c. 2, § 5 (PG 3, 145 B) : ἡμῶν τὸν νοῦν ... προσεθίζον ιερῶς ἀνατείνεσθαι διὰ τῶν φαινομένων ἐπὶ τὰς ὑπερκοσμίους ἀναγωγάς.

Responsio. — Dicendum quod duplice aliquid cognoscitur: uno modo dum scitur de eo ‘an est’; alio modo dum scitur de eo ‘quid est’. Ad hoc autem quod de aliqua re sciamus ‘quid est’, oportet quod intellectus noster feratur in ipsius rei quidditatem sive essentiam vel immediate vel mediantibus aliquibus, quae sufficienter eius quidditatem demonstrant. Immediate quidem intellectus noster ferri non potest secundum statum viae in essentiam Dei et in alias essentias separatas, quia immediate extenditur ad phantasmata, ad quae comparatur sicut visus ad colorem, ut dicitur in *III de Anima*¹. Et sic immediate potest concipere intellectus quidditatem rei sensibilis, non autem alicuius rei intelligibilis. Unde dicit DIONYSIUS II cap. *Caelestis Hierarchiae*² quod «nostra analogia non valet immediate extendi in invisibles contemplationes». Sed quaedam invisibilia sunt, quorum quidditas et natura perfecte exprimitur ex quidditatibus rerum sensibilium notis, et de his etiam intelligibilibus possumus scire ‘quid est’, sed mediate, sicut ex hoc quod scitur quid est homo et quid est animal, sufficienter innotescit habitudo unius ad alterum, et ex hoc scitur quid est genus et quid est species. Sensibiles autem naturae intellectae non sufficienter exprimunt essentiam divinam neque etiam alias essentias separatas, cum non sint unius generis naturaliter loquendo, et quidditas et omnia huiusmodi nomina fere aequivoce dicuntur de sensibilibus et de illis substantiis. Unde similitudines rerum sensibilium ad substantias immateriales translatas vocat DIONYSIUS II cap. *Caelestis Hierarchiae*³ «dissimiles similitudines, alio modo intellectualibus habentibus, quae [alio modo] sensibilibus aliter distributa sunt». Et sic per viam similitudinis non sufficienter illae substantiae ex his innotescunt, neque etiam per viam causalitatis, quia ea, quae ab illis substantiis inveniuntur effecta in his inferioribus, non sunt effectus adaequantes earum virtutes, ut sic perveniri possit ad sciendum quod quid est de causa. Unde de substantiis illis immaterialibus secundum statum viae nullo modo possumus scire ‘quid est’ non solum per viam naturalis cognitionis, sed etiam nec per viam revelationis, quia divinae revelationis radius ad nos pervenit secundum modum nostrum, ut DIONYSIUS⁴ dicit. Unde quamvis per revelationem elevemur ad aliquid cognoscendum, quod alias esset nobis ignotum, non tamen ad hoc quod alio modo cognoscamus nisi per sensibilia. Unde dicit DIONYSIUS in I cap. *Caelestis Hierarchiae*⁵ quod «impossibile est nobis superlucere divinum radium nisi

¹ ARISTOTELES, *De Anima* III, c. 7, 431 a 14 s.: Text S. 84, Anm. 5.

² Ps.-DIONYSIUS, *De Caelesti Hierarchia*, c. 2, § 2 (PG 3, 140 A): τὴν καθ' ἡμᾶς ἀναλογίαν ἀδυνατοῦσαν ἀμέσως ἐπὶ τὰς νοητὰς ανατείνεσθαι θεωρίας.

³ Ps.-DIONYSIUS, *De Caelesti Hierarchia*, c. 2, § 4 (PG 3, 141 C): "Ἐστιν οὖν . . . τοῖς νοητοῖς τε καὶ νοεροῖς ἐκ τῶν ὑλαίων ἀναπλάσαι τὰς λεγομένας ἀνομοίους ὄμοιότητας, ἔτερῳ τρόπῳ τῶν νοερῶν ἔχόντων, ἢ τοῖς αἰσθητοῖς ἐτεροίως ἀπογενέμηται.

⁴ Ps.-DIONYSIUS, *De Caelesti Hierarchia*, c. 1, § 2 (PG 3, 121 B): Καὶ γὰρ οὐδὲ δυνατὸν ἔτερως ἡμῖν ἐπιλάμψαι τὴν θεαογικὴν ἀκτῖνα, μὴ . . . τοῖς καθ' ἡμᾶς προνοίᾳ πατρικῇ συμφυῶς καὶ οἰκείως διεσκευασμένην.

⁵ Ps.-DIONYSIUS, *De Caelesti Hierarchia*, c. 1, § 2 (PG 3, 121 B): Text S. 84, Anm. 2.

circumvelatum varietate sacrorum velaminum ». Via autem, quae est per sensibilia, non sufficit ad ducendum in substantias immateriales secundum cognitionem ‘quid est’. Et sic restat quod formae immateriales non sunt nobis notae cognitione ‘quid est’, sed solummodo cognitione ‘an est’, sive naturali ratione ex effectibus creaturarum, sive etiam revelatione, quae est per similitudines a sensibilibus sumptus.

Et tamen sciendum quod de nulla re potest sciri an est, nisi quoquo modo sciatur de ea ‘quid est’ vel cognitione perfecta vel saltem cognitione confusa, prout PHILOSOPHUS dicit in principio *Physicorum*¹, quod definita sunt praecognita partibus definitionis. Oportet enim scientem, hominem esse, et quaerentem, quid est homo, per definitionem scire quid hoc nomen ‘homo’ significat. Nec hoc esset nisi aliquam rem aliquomodo conciperet, quam scit esse, quamvis nesciat eius definitionem. Concipit enim hominem secundum cognitionem alicuius generis proximi vel remoti et aliquorum accidentium, quae extra apparent de ipso. Oportet enim definitionum cognitionem, sicut et demonstrationum, ex aliqua praexistenti cognitione initium sumere. Sic ergo et de Deo et aliis substantiis immaterialibus non possemus scire ‘an est’, nisi sciremus quoquo modo de eis ‘quid est’ sub quadam confusione. Hoc autem non potest esse per cognitionem alicuius generis proximi vel remoti, eo quod Deus in nullo genere <est>, cum non habeat ‘quod quid est’ aliud a suo esse, quod requiritur in omnibus generibus, ut AVICENNA dicit². Aliae autem substantiae immateriales creatae sunt qui-

¹ ARISTOTELES, *Physica* I, c. 1, 184 a 24 - b 12 : Τὸ γὰρ ὅλον κατὰ τὴν αἰσθησιν γγωριμώτερον, τὸ δὲ καθόλου ὅλον τι ἔστι· πολλὰ γὰρ περιλαμβάνει ὡς μέρη τὸ καθόλου. Πέπονθε δὲ ταύτη τοῦτο τρόπον τινὰ καὶ τὰ ὄνοματα πρὸς τὸν λόγον· ὅλον γάρ τι καὶ ἀδιορίστως σημαίνει, οἷον ὁ κύκλος· ὃ δὲ ὄρισμὸς αὐτοῦ διαιρεῖ εἰς τὰ καθ’ ἔκαστα. — Vgl. dazu THOMAS, *In I Physic.*, lect. 1 (ed. Leon. II, n. 10) : Definitum enim se habet ad definitia quodammodo ut totum integrale, in quantum actu sunt definitia in definito ; sed tamen qui apprehendit nomen, ut puta hominem aut circulum, non statim distinguit principia definitia ; unde nomen est sicut quoddam totum et indistinctum, sed definitio dividit in singula, id est distincte ponit principia definiti.

² AVICENNA, *Metaphysica*, Tract. VIII, c. 4 (Venetiis 1508, fol. 99^r b) : igitur omne habens quidditatem causatum est, et cetera alia, excepto necesse esse, habent quidditates, quae sunt per se possibles esse, quibus non accedit esse nisi extrinsecus ; primus igitur non habet quidditatem ... Primus etiam non habet genus ; primus enim non habet quidditatem. Sed quod non habet quidditatem, non habet genus. Genus enim respondet ad interrogationem per quid est. Genus etiam aliquomodo pars est rei. Certificatum est autem, quod primum non est compositum. — c. 5 (fol. 99^v b) : necesse esse iam est stabilitum esse, imo ipsum est stabilimentum essendi. Sed esse est conditio in stabienda quidditate de necesse esse, vel ipsum est ipsum cum privatione privationis vel prohibitione destructionis ... Si autem (esse) esset proprietas, non causa quantum ad stabiendum quidditatem necessitatis essendi, sed in quantum acquiritur sibi esse et esse esset aliquid praeter illam quidditatem, veluti id quod est praeter quidditatem coloris, tunc procederet hoc secundum considerationem ceterarum rerum communium discretarum suis differentiis et omnino diversarum intentionibus diversis ... Probatum est igitur quod in necessitate essendi non est communicatio. Igitur primo nihil communicat ...

dem in genere. Et quamvis logice considerando convenient cum istis substantiis sensibilibus in genere remoto, quod est substantia, naturaliter tamen loquendo non convenient in eodem genere, sicut nec etiam corpora caelestia cum istis inferioribus. Corruptibile enim et incorruptibile non sunt unius generis, ut dicitur in *X Metaphysicae*¹. Logicus enim considerat absolute intentiones, secundum quas nihil prohibet convenire immaterialia materialibus, et <in>corruptibilia corruptilibus. Sed naturalis et philosophus primus considerant essentias, secundum quod habent esse in rebus, et ideo ubi inveniunt diversum modum potentiae et actus et per hoc diversum modum essendi, dicunt esse diversa genera. Similiter etiam Deus non habet aliquod accidens, ut infra probabitur. Aliae vero immateriales substantiae si habent aliqua accidentia, non sunt nobis nota, et ideo non possumus dicere quod confusa cognitione cognoscantur a nobis substantiae immateriales per cognitionem generis et apparentium accidentium, sed loco cognitionis generis habemus in istis substantiis cognitionem per negationes, ut cum scimus quod huiusmodi substantiae sunt immateriales et incorporeae, non habentes figuras et alia huiusmodi. Et quanto plures negationes de eis cognoscimus, tanto minus confusa est earum cognitio [est] nobis, eo quod per negationes sequentes prior negatio contrahitur et determinatur, sicut genus remotum per differentias. Unde etiam et corpora caelestia, in quantum sunt alterius generis ab istis inferioribus, a nobis ut plurimum per negationes cognoscuntur, utpote, quia neque sunt levia neque gravia neque calida neque frigida. Loco autem accidentium habemus in substantiis praedictis habitudines earum ad substantia(s) sensibiles vel secundum comparationem causae ad effectum vel secundum comparationem excessus. Ita ergo de formis immaterialibus cognoscimus 'an est' et habemus de eis loco cognitionis 'quid est' cognitionem per negationem, per causalitatem et per excessum. Quos etiam modos DIONYSIUS ponit in libro *de Divinis Nominibus*². Et hoc modo BOETHIUS³ intelligit esse inspicendam ipsam divinam

Iam igitur manifestum est quod primus non habet genus nec quidditatem nec qualitates nec quando nec ubi nec simile sibi nec contrarium. — *Metaphysics Compendium* I, p. 2, tract. I, c. 11 (ed. N. Carame, Romae 1926, 89 s.) : Brevi, scias oportet, veritatem necessitatis essendi non esse sicut sunt genericae coloris et animalis naturae, quae ad hoc ut eorum esse stabiliatur, indigent quidem alia et alia differentia, eo quod istae naturae sunt causatae ... Heic autem necessitas essendi vices gerit coloreitatis et animalitatis. Et quemadmodum hae duo non indigent differentiis ad hoc ut sint color et animal, sic etiam necessitas essendi non indiget differentiis ad hoc ut sit necessitas essendi ... Igitur necesse-esse est quidem unum non specie tantum aut numero, aut indivisibilitate aut perfectione tantum, sed unum est in hoc, quod suum esse sibi est, non alteri, etsi alter ille non esset de eius genere.

¹ ARISTOTELES, *Metaphysica* X (I), c. 10, 1058 b 28 s.

² Ps.-DIONYSIUS, *De Divinis Nominibus*, c. 7, § 3 (PG 3, 869 D - 872 A) : Text S. 86, Anm. 2.

³ BOETHIUS, *De Trinitate*, c. 2 (PL 64, 1250 B) : in divinis intellectualiter versari oportebit, neque deduci ad imaginationes, sed potius ipsam inspicere formam, quae vere forma nec imago est.

formam per remotionem omnium phantasmatum, non ut sciatur de ea 'quid est'.

Et per haec patet solutio ad obiecta, quia primae rationes procedunt de cognitione 'quid est' perfecta, aliae autem de cognitione imperfecta,
5 qualis dicta est.

⟨ARTICULUS 4.⟩

⟨Utrum hoc possit fieri per viam alicuius
scientiae speculativae.⟩

Ad quartum sic proceditur: Videtur quod ad formam divinam inspi-
10 ciendam per scientias speculativas perveniri possit.

1. Theologia enim pars scientiae speculativae est, ut hic¹ BOETHIUS dicit. Sed ad theologiam pertinet ipsam formam inspicere divinam, ut hic² dicitur. Ergo ad cognoscendam divinam formam potest perveniri per scien-
tias speculativas.

15 Praeterea de substantiis immaterialibus in aliqua scientia specula-
tiva determinatur, quia in scientia divina. Sed quaecumque scientia deter-
minat de aliqua substantia, inspicit formam illius substantiae, quia omnis
cognitio est per formam et omnis demonstrationis secundum PHILOSOPHUM³
principium est quod quid est. Ergo inspicere formas separatas possumus
20 per scientias speculativas.

2. Praeterea ultima felicitas hominis secundum philosophos⁴ con-

¹ BOETHIUS, *De Trinitate*, c. 2 (PL 64, 1250 A): Nam cum tres sint specula-
tivae partes: naturalis ... mathematica ... theologica.

² Ibid. (1250 B): Text S. 91, Anm. 3.

³ ARISTOTELES, *Analytica Post.* II, c. 3, 90 b 24: αἱ ἀρχαὶ τῶν ἀπο-
δείξεων ὄρισμοι. — 31 s.: αἱ δὲ ἀποδείξεις φαίνονται πᾶσαι ὑποτιθέμεναι καὶ
λαμβάνουσαι τὸ τί ἔστι. *Metaphysica* VII (Z), c. 9, 1034 a 31 s.; XI (K), c. 7,
1064 a 19 s.; XIII (M), c. 4, 1078 b 24 s.: ἀρχὴ δὲ τῶν συλλογισμῶν τὸ τί
ἔστιν.

⁴ Vgl. dazu *III Contra Gentes*, c. 44; *Summa theol.* I-II, q. 3, a. 7. Die hier erwähnte Glückseligkeitstheorie ist ein Teil der mittelalterlich-arabischen Intel-
lectus-agens-Lehre. Ihr Ausgangspunkt ist ALEXANDER VON APHRODISIAS, der den aristotelischen intellectus agens, den νοῦς χωριστός (*De Anima* III, c. 5, 430 a 17) mit der göttlichen Vernunft, die unseren rein potentiellen Verstand (intellectus possibilis) erleuchtend zum aktuellen Erkennen führt, gleichsetzte. Vgl. Περὶ Νοῦ (ed. I. Bruns, *Commentaria in Aristot. graeca*, Supplementum II/1, Berolini 1887, 108, 22 f.; 112, 27): ὁ θεῖος νοῦς; (113, 3 f.): χωρὶς κατὰ Ἀριστοτέλη θεῖον καὶ
ἀφθαρτον εἶναι τὸν νοῦν. *De Anima* (ib. 89, 18): τὸ πρῶτον αἴτιον. Die Araber verbinden nun diese Interpretation mit der neuplatonischen Emanationstheorie: Alexanders intelligentia separata wird mit der untersten rein geistigen Emanation identifiziert, die selber Emanationsprinzip der menschlichen Seele, ihr äußeres aktives Erkenntnisprinzip durch Erleuchtung und schließlich ihr beglückendes Endziel ist. Damit ist natürlich von selbst eine natürliche Erkennbarkeit der Welt der reinen Geister (substantiae separatae) gegeben, was eben den historischen Hintergrund dieses 4. Artikels bildet und womit sich Thomas öfters befaßt hat: eingehend in *III Contra Gentes*, cc. 41-45; Q. disp. *De Anima*, a. 16 und *Summa*

sistit in intelligendo substantias separatas. Cum enim felicitas sit operatio perfectissima, oportet quod sit optimorum sub intellectu cadentium, ut

theol. I, q. 88, aa. 1-2, gelegentlich auch in *De Veritate*, q. 18, a. 5 ad 6 u. 8; *Sentent.* IV, d. 49, q. 2, a. 7 ad 12; *In II Metaph.*, lect. 1 (ed. Cathala n. 286). Zur ganzen Frage und zur Auswirkung dieser Lehre auf die arabisch-augustinische Schule der Hochscholastik vgl. P. DUHEM, *Le système du monde*, IV (Paris 1916) 376-422, 520-532, 559-575; G. THÉRY O. P., *Autour du décret de 1210 : II. Alexandre d'Aphrodise. Aperçu sur l'influence de sa noétique* (Bibl. thom. VII, Kain 1926); E. GILSON, *Pourquoi saint Thomas a critiqué saint Augustin*. Archives d'histoire doctrin. et littér. du moyen âge 1 (1926-27) 5-127; *Les sources gréco-arabes de l'augustinisme avicenniant*, ibid. 4 (1929-30) 5-149.

Die arabische Glückseligkeitslehre lässt sich aus einer Reihe von Texten, die der Hochscholastik in lateinischer Übersetzung zugänglich waren, belegen. Ferner hat sie ihren Niederschlag in der bekannten Irrtumsliste des 13. Jahrhunderts, dem Traktat «*De erroribus philosophorum*», gefunden, den J. KOCH (*Gilles of Rome, Errores philosophorum*, Critical text with notes and introduction, Milwaukee 1944, pp. xxix-xl) wiederum Aegidius von Rom zuschreibt.

ALFARABI, *De intellectu et intellecto (Risalat Fi'l - 'Aql*, ed. M. Bouyges S. J., *Bibliotheca arab. scholasticorum VIII/1*, Beyrouth 1938; ed. E. Gilson des mittelalterl. latein. Textes, Archives d'histoire doctr. et littér. du moyen âge 4 [1929-30] 121, 307-312): Et sic substantia animae hominis vel homo cum eo per quod substantiatur, fit propinquius ad intelligentiam agentem et hic est finis ultimus, et vita alia.

AVICENNA, *Liber VI Naturalium* (de Anima), p. V, c. 6 (Venetiis 1508, fol. 26^v a): Cum autem anima liberabitur a corpore et ab accidentibus corporis, tunc poterit coniungi intelligentiae agenti: et tunc inveniet in ea pulchritudinem intelligibilem et delectationem perennem. — *Errores Philosophorum*, c. 6, n. 9 (ed. J. Koch, Milwaukee 1944, 30, 3-5): Ulterius animas nostras (Avicenna) posuit esse productas ab ultima intelligentia, a qua dependet gubernatio animarum nostrarum et per consequens beatitudo nostra. — n. 18 (34, 12 s.): Ulterius erravit circa beatitudinem nostram volens eam dependere ex operibus nostris. Et ex positione sua sequitur quod beatitudo nostra consistat in contemplando ultimam intelligentiam.

ALGAZEL, *De intentionibus philosophorum (Maqāṣid al-Falāṣifat*; in der Übersetzung des Dominicus Gundisalvi «liber philosophiae» und in der Druckausgabe von Venedig 1506 «logica et philosophia Algazelis» betitelt), tr. V, n. 3 stimmt, wie M. BOUYGES S. J. (*Notes sur les philosophes arabes connus des latins au moyen âge*. *Mélanges de la faculté orientale*, Université St-Joseph, Beyrouth 7 [1914-21] 405) nachgewiesen hat, im arabischen Text mit *Errores Philosophorum*, c. 8, n. 12 (ed. Koch 42, 13 f.) überein: Ulterius erravit (Algazel) ponens animam nostram esse beatam in eo quod intelligit intelligentiam ultimam. Da aber nur dieses Werk Algazels dem 13. Jahrhundert in lateinischer Übersetzung zugänglich war, glaubten die Hochscholastiker mit wenigen Ausnahmen darin seine eigenen Anschauungen vorzufinden. Vgl. dazu D. SALMAN O. P., *Algazel et les latins*. Archives d'histoire doctr. et littér. du moyen âge 10 (1935-36) 103-127. In Wirklichkeit handelt es sich um die bloße Darstellung der von Algazel in seiner Schrift *Destructio Philosophorum (Tahāfot al-Falāṣifat*, ed. M. Bouyges, Bibl. arab. schol. II, Beyrouth 1927) bekämpften Auffassungen seiner arabischen Vorgänger Alfarabi und Avicenna. Dieser Religionsphilosoph und Mystiker des Islams lehrte vielmehr eine intuitive Gotteserfahrung in der Ekstase, für die alles philosophische Studium

potest accipi ex PHILOSOPHO in *X Ethicorum*¹. Est autem felicitas illa, de qua philosophi loquuntur, operatio a sapientia procedens, cum sapientia < sit > perfectissima virtus perfectissimae potentiae, scilicet intellectus, et haec operatio sit felicitas, ut dicitur in *X Ethicorum*². Ergo per sapientiam intelliguntur substantiae separatae. Sed sapientia est scientia quae-dam speculativa, ut patet in principio *Metaphysicae*³ et in *VI Ethicorum*⁴. Ergo per scientias speculativas possumus intelligere substantias separatas.

10 <4.> Praeterea frustra est quod non potest pertingere ad finem propter quem est. Sed omnium scientiarum speculativarum consideratio ordinatur sicut in finem in cognitionem substantiarum separatarum, quia perfectissimum in quolibet genere est finis. Ergo si per scientias speculativas huiusmodi substantiae intelligi non possent, omnes scientiae speculativae essent frustra, quod est inconveniens.

15 <5.> Praeterea omne quod ordinatur naturaliter in finem aliquem, habet praeindita aliqua principia, quibus potest pervenire in finem illum, ex quibus inclinatur etiam in finem illum; naturalium enim motionum principia sunt intra. Sed homo naturaliter est ordinatus ad cognitionem substantiarum immaterialium sicut ad finem, ut a sanctis et a philosophis traditur, ergo habet in se aliqua principia illius cognitionis naturaliter indita. Sed omne illud in quod possumus devenire ex principiis naturaliter notis, pertinet ad considerationem alicuius scientiae speculativae. Ergo cognitionis substantiarum immaterialium ad alias scientias speculativas pertinet.

nur hinderlich sein könne. Vgl. M. ASÍN PALACIOS, *La mystique d'Al-Gazzālī. Mélanges de la faculté orientale ... Beyrouth 7 (1914-21) 97-100.*

AVEMPACE spricht in seinem Traktate *Continuatio intellectus cum homine (Al-Ittiṣāl al-‘aql bi'l-insān)*, den die Scholastiker aus der Averroesübersetzung (vgl. *In III de Anima*, com. 36, Venetiis 1574, VII, fol. 180^v) kannten, vom höchsten Grade menschlicher Erkenntnis, der Vereinigung mit dem Intellectus agens, in der Erkenntnissubjekt und -objekt zusammenfallen und worin die menschliche Glückseligkeit bestehe. Vgl. die spanische Übersetzung von M. ASÍN PALACIOS (*Tratado de Avempace sobre la unión del intelecto con el hombre. Al-Andalus 7 [1942] 1-47*) nn. 13 f. (p. 37 f.): La mirada intelectual o especulativa, realizada de esta manera, constituye la vida futura y la sola felicidad ultima humana (n. 14, p. 38). — In der von S. MUNK (*Mélanges de philosophie juive et arabe*, Paris 1859, 389 ff.) analysierten und teilweise übersetzten Schrift « *Die Leitung des Einsamen* », c. 5 (398) sagt AVEMPACE: Et quand il (le philosophe) sera arrivé à la fin dernière, c'est à dire quand il comprendra, dans toute leur essence, les intelligences simples et les substances séparées, il sera lui-même une d'entre elles, et on pourra dire de lui à juste titre qu'il est un être absolument divin.

¹ ARISTOTELES, *Ethica Nicom.* X, c. 7, 1177 a 19-21: Κρατίστη τε γὰρ αὕτη ἔστιν ἡ ἐνέργεια (ἡ τελεία εύδαιμονία, cf. l. c. 17) · καὶ γὰρ ὁ νοῦς τῶν ἐν ἡμῖν, καὶ τῶν γνωστῶν, περὶ ᾧ ὁ νοῦς.

² ARISTOTELES, *Ethica Nicom.* X, c. 7, 1177 a 17, 19-20.

³ ARISTOTELES, *Metaphysica I (A)*, c. 1, 982 a 2; c. 2, 982 a 15 s. b 11.

⁴ ARISTOTELES, *Ethica Nicom.* VI, c. 7, 1141 a 16, 19; b 3; c. 13, 1143 b 19 s.

Sed contra est quod COMMENTATOR dicit in *III de Anima*¹, quod ad hanc positionem sequitur vel quod scientiae speculativae nondum sint perfectae, cum illae scientiae nondum sint inventae, quibus possimus substantias separatas intelligere, et hoc si contingat ex ignorantia aliquorum principiorum, quod nondum substantias praedictas intelligamus; vel si contingat ex defectu naturae nostrae, quod non possimus illas scientias speculativas invenire, quibus praedictae substantiae intelligentur, sequitur quod si aliqui nati sunt huiusmodi scientias invenire, quod nos et ipsi simus aequivoce homines; quorum primum est improbabile, secundum autem est impossibile. Ergo non potest hoc per alias speculativas scientias esse, quod substantias praedictas intelligamus.

Praeterea, in scientiis speculativis investigantur definitiones, quibus rerum essentiae intelliguntur per viam divisionis generis in differentias et per investigationem causarum rei et accidentium ipsius, quae magnam partem conferunt ad cognoscendum 'quod quid est'. Sed haec non possumus de substantiis immaterialibus cognoscere, quia, ut iam dictum est, naturaliter loquendo, non conveniunt in genere cum istis sensibilibus substantiis nobis notis. Causam autem vel non habent, ut Deus, vel est nobis occultissima, sicut causa angelorum. Accidentia etiam eorum sunt nobis ignota. Ergo non potest aliqua scientia speculativa esse, per quam perveniamus ad intelligentias substantias immateriales.

Praeterea, in scientiis speculativis rerum essentiae per definitiones cognoscuntur. Definitio autem est sermo quidam compositus ex genere et differentiis. Substantiarum autem illarum essentiae sunt simplices, nec inter-

¹ AVERROES, *In III de Anima*, com. 36 (Venetiis 1574, VII, fol. 182^v-183^r) [translatio Jacobi Mantini]: Sed in sua epistula de Copulatione nominata [translatio antiqua: epistula continuationis] dixit (AVEMPACE) haec verba: «Et cum Philosophus ascendit alio ascensu, dum considerat ipsa intelligibilia, quatenus sunt intelligibilia, tunc intelligit substantiam intelligentiarum separatarum.» Ex hoc autem satis appareat ipsum credere, quod intellectio ipsius intellectus est pars scientiarum speculativarum, videlicet pars scientiae naturalis, et hoc etiam satis appareat ex verbis eius in illa inquisitione. Si ergo ita res se habet, sequeretur quod nos omnes homines si ignoraverimus hanc scientiam, id quidem ideo contingit, vel quia nondum scivimus illas propositiones, quae ducunt nos in hanc scientiam, ut dicitur etiam de multis artibus, quae videntur posse addisci, cum tamen adhuc sint incognitae et occultae propterea, quia cognitio causarum earum est utique occulta, ut gratia exempli in arte Fusoria, quae vulgo Archymia vocatur, evenire solet: vel illud contingit, quia huiusmodi intellectio acquiritur per exercitationem et usum factum in rebus naturalibus, sed nondum devenimus ad tantam exercitationem et usum, qui sit satis pro huiuscmodi intellectione acquirenda: vel hoc idem contingit, quia natura nostra est naturaliter impotens atque imbecillis, ut possit ita adipisci.

Si hoc itaque proveniat ob nostram naturalem impotentiam naturalemque defectum, tunc nos et omnes homines qui sunt natura apti adipisci huiusmodi scientiam, vocaremur homines aequivoce. At si hoc eveniat propterea, quia ignorantur propositiones, quae in hanc ducunt scientiam, sic scientia speculativa nondum esset completa et perfecta. Et fortasse dixit Avempace hoc non esse verisimile neque opinabile.

cudit in earum quidditatibus aliqua compositio, ut videtur per PHILOSOPHUM et COMMENTATOREM in *IX Metaphysicorum*¹. Ergo per scientias speculativas non possumus substantias praedictas intelligere.

5 **Responsio.** — Dicendum quod in scientiis speculativis semper ex aliquo prius noto proceditur, tam in demonstrationibus propositionum quam etiam in inventionibus definitionum. Sicut enim ex propositionibus prae-cognitis aliquis devenit in cognitionem conclusionis, ita ex conceptione generis et differentiae et causarum rei aliquis devenit in cognitionem speciei. Hic autem non est possibile in infinitum procedere, quia sic omnis scientia 10 periret et quantum ad demonstrationes et quantum ad definitiones, cum infinita non sit pertransire. Unde omnis consideratio scientiarum speculati-varum reducitur in aliqua prima, quae quidem homo non habet necesse addiscere aut invenire, ne oporteat in infinitum procedere, sed eorum noti-tiam naturaliter habet. Et huiusmodi sunt principia demonstrationum in-15 demonstrabilia, ut ‘omne totum est maius sua parte’ et similia, in quae omnes demonstrationes scientiarum reducuntur, et etiam primae concep-tiones intellectus, ut entis et unius et huiusmodi, in quae oportet reducere omnes definitiones scientiarum praedictarum.

Ex quo patet quod nihil potest sciri in scientiis speculativis neque per 20 viam demonstrationis neque per viam definitionis nisi ea tantummodo, ad quae praedicta naturaliter cognita se extendunt. Huiusmodi autem natura-liter cognita homini manifestantur ex ipso lumine intellectus agentis, quod est homini naturale, quo quidem lumine nihil manifestatur nobis nisi in-25 quantum per ipsum phantasma fiunt intelligibilia in actu. Hic enim est actus intellectus agentis, ut dicitur in *III de Anima*². Phantasma autem a sensu accipiuntur. Unde principium cognitionis praedictorum principio-rum est ex sensu et memoria, ut patet per PHILOSOPHUM in fine *Posteriorum*³. Et sic huiusmodi principia non ducunt nos ulterius nisi ad ea, quorum cognitionem accipere possumus ex his, quae sensu comprehenduntur.

30 Quidditas autem substantiarum separatarum non potest cognosci per ea quae a sensibus accipimus, ut ex praedictis patet, quamvis per sensibilia possimus devenire ad cognoscendum praedictas substantias esse et aliquas earum conditiones. Et ideo per nullam scientiam speculativam potest sciri

¹ ARISTOTELES, *Metaphysica* IX (Θ), c. 10, 1051 b 27 s. : (αἱ μὴ συνθετα-ούσιαι) πᾶσαι εἰσιν ἐνεργείᾳ, οὐ δυνάμει.

AVERROES, *In IX Metaphysicae*, com. 22 (Venetiis 1574, X, fol. 248r) : res autem simplices, quarum esse aut non esse non attenditur ut ex eis sit aliquid aut non sit, sicut est dispositio in compositis . . . quidditas veri et falsi in simpli-cibus non est sicut in compositis.

² ARISTOTELES, *De Anima* III, c. 5, 430 a 15 : ὁ δὲ (νοῦς) τῷ πάντα ποιεῖν, der unmittelbar vorher (10-12) mit dem aktiven Prinzip in der Natur verglichen wird : τὸ αἴτιον καὶ ποιητικόν . . . ἐν ἀπάσῃ τῇ φύσει. Daher wird er schon von den griechischen Kommentatoren (seit Alexander von Aphrodisias) νοῦς ποιητικός (der scholastische « intellectus agens ») genannt.

³ ARISTOTELES, *Analytica Post.* II, c. 19, 100 a 3-9.

de aliqua substantia separata 'quid est', quamvis per scientias speculativas possimus scire ipsas esse et aliquas earum conditiones, utpote quod sunt intellectuales, incorruptibles et huiusmodi. Et haec est etiam sententia COMMENTATORIS in *III de Anima*¹, quamvis AVEMPACE² contrarium dixerit ex hoc quod aestimabat quidditates rerum sensibilium sufficienter exprimere quidditates immateriales, quod patet esse falsum, ut ibidem COMMENTATOR dicit, cum quidditas de utrisque dicatur quasi aequivoce.

Ad primum ergo dicendum quod BOETHIUS non intendit dicere quod per scientiam theologiae possumus ipsam formam divinam contemplari quid est, sed solum eam esse ultra omnia phantasmata.

Ad secundum dicendum quod quaedam res sunt a nobis per se ipsas cognoscibiles, et in talibus manifestandis scientiae speculativae utuntur earum definitionibus ad demonstrandum ipsarum proprietates, sicut accidit in scientiis, quae demonstrant 'propter quid'. Quaedam vero res sunt, quae non sunt nobis cognoscibiles ex seipsis, sed per effectus suos. Et si quidem effectus sit adaequans causam, ipsa quidditas effectus accipitur ut principium ad demonstrandum causam esse et ad investigandum quidditatem

¹ AVERROES, *In III de Anima*, com. 36 (Venetiis 1574, VII, fol. 182^r) : Nos autem dicimus quod, si quidditas dicatur univoce de quidditatibus rerum materialium et de quidditatibus intelligentiarum separatarum, tunc illa propositio, quae dicit quod intellectus est natura aptus abstrahere quidditates, quatenus sunt quidditates, esset utique vera. Similiterque illa propositio, quae dicit quod ipsa intelligibilia sunt composita et quod individua sunt composita, si univoce dicatur, erit quoque vera. Sed si aequivoce dicatur, tunc demonstratio non erit vera. Sed utcumque res se habeat, tandem hoc negotium est admodum difficile. Sed maxime de se constat, hoc nomen, scilicet quidditatem, nec mere aequivoce nec mere univoce dici. At utrumque dicatur secundum prius et posterius, qui quidem modus est medius inter univocum et aequivocum modum, indiget utique aliqua consideratione.

² AVEMPACE erklärt die Erkenntnis der rein geistigen Substanzen mittels einer fortschreitenden Abstraktion, die von den sinnfälligen Dingen ausgeht und über die geistige Formen- und Wesenserkenntnis der stofflichen Dinge zur Erkenntnis des intellectus agens separatus gelangt. Vgl. *Continuatio intellectus cum homine*, n. 9 ss. (ed. Asín Palacios, l. c. 33 ff. ; n. 13 (37) : Así pues, el hombre posee, primeramente, la forma espiritual en los varios grados de ésta ; después, mediante ella, úñese con el inteligible ; después, mediante este inteligible, úñese con aquél entendimiento último. Selbstverständlich setzt diese Theorie den platonischen Realismus voraus, der die intelligibilen Formen hypostasiert und in allen Dingen der sichtbaren Welt eine Mitteilung der reinen Formen findet, die allein das wahrhaft Seiende und Wesentliche der Dinge ausmachten. Vgl. dazu AVEMPACES « *Leitung des Einsamen* », c. 8 in der französischen Übersetzung von S. MUNK (l. c. 404) : Nous appelons intelligibles les espèces de toutes les substances ; l'homme est une de ces espèces, et par conséquent la (véritable) forme de l'homme, c'est sa forme générique, qui, entre toutes les choses spirituelles, est le spirituel par excellence. — Diese sich aus der philosophischen Erkenntnis der sinnlichen Dinge abstraktiv entfaltende und in der Intuition der intelligentia separata gipfelnde Erkenntnis des rein Geistigen ist der unmittelbare Anknüpfungspunkt für die Frage, die sich Thomas in diesem Artikel und ebenso in der *Summa theol.* I-II, q. 3, a. 6, gestellt hat.

eijs, ex qua iterum proprietates eius ostenduntur. Si autem sit effectus non adaequans causam, tunc effectus accipitur tantum ut principium ad demonstrandum causam esse et aliquas conditiones eius, quamvis quidditas causae sit semper ignota, et ita accidit in substantiis separatis.

5 Ad tertium dicendum quod duplex est felicitas hominis: una imperfecta, quae est in via, de qua loquitur PHILOSOPHUS, et haec consistit in contemplatione substantiarum separatarum per habitum sapientiae, imperfecta tamen et tali, qualis in via est possibilis, non ut sciatur ipsarum quidditas. Alia est perfecta in patria, in qua ipse Deus per essentiam videbitur et aliae substantiae separatae. Sed haec felicitas non erit per aliquam scientiam speculativam, sed per lumen gloriae.

10 Ad quartum dicendum quod scientiae speculativae ordinantur in cognitionem substantiarum separatarum imperfectam, ut dictum est.

15 Ad quintum dicendum quod nobis sunt indita principia, quibus nos possimus praeparare ad illam cognitionem perfectam substantiarum separatarum, non autem quibus ad eam possimus pertingere. Quamvis enim homo naturaliter inclinetur in finem ultimum, non tamen potest naturaliter illum consequi, sed solum per gratiam, et hoc est propter eminentiam illius finis.